FLAMINII CHARTARII I.V.C. VRBEVETANI.

Tractatus DE EXECVTIONE SENTENTIÆ CONTVMACIALIS Capto Bannito.

IN QVO NON PAVCA SCITV DIGNA, ad vniuerſam huius rei Theoricam, & Praxim, ac Motuum propriorum, & Conſtitutionum Summorum Pont. ſtatutorumque diuerſorum Ciuitatum deſuper iuſta ſeueritate æditorum declarationem pertinent, continentur.

Nunc primum in gratiam Tyronum, & ad communem etiam omnium vtilitatem æditus.

Cum Indice rerum, ac verborum locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, MDLXXXVII.

Apud Ioannem Zenarium, & fratres.

BIBLIOTECA ... DE LA UNIVERSIDAD DE SAL...

1a 16196

num. 45 cax. 8.

num. 34.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC ... SALM. EX DONO REGVM

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. D. PHILIPPO SPINVLÆ.
S. R. E. CARDINALI,
PERVSIAE VMBRIAEQVE
De Latere Legato, viro Sapientiſſimo,

Flaminius Chartarius. S. D.

VERA profecto eſt. (Cardinalis ampliſſime) ac vere homine digna illorum ſententia, qui nos eſſe monitos volunt, vt alter alterius cõmodis ſtudeamus Quandoquidem & ferę etiam, aueſque quodam inſtinctu naturæ hoc idẽ facere, iſtiuſque iuris peritia cenſeri dicuntur: Quoties enim volucres è partibus tranſmarinis auſtrales, & meridianos relinquunt calores, & ad occidentalem temperiem temporum ratione monente tranſmigrant, cum mare magnum, ac ſpacioſum prępeti tranſmigratione tranſmittãt, ſi qua forte de ſocijs aciem ordinati agminis, atque diſtincti volatu laſſeſcens humiliore turbauerit, continuo imbecillam ſuſcipiunt fortiores, quæ charo ſe oneri alarum remigio famulante ſubijciunt, ac leuem ſarcinam iunctis viribus ferunt, & lento volatu aerem prouocantes leues aurarum flatus excitant, ac ſic ſeruatam comitem lętę baiulo itineri, atque altis nubibus reparato vigore commit-

FLAMINII CHARTARII I.V.C. VRBEVETANI.

TRACTATVS DE EXECVTIONE SENTENTIÆ CONTVMACIALIS CAPTO BANNITO.

PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ contumacialis capto bannito diligenti conſideratione digna eſt.*
2 *Capitis periculo nullum eſt maius.*
3 *Vita mortalibus nihil eſt charius.*
4 *Vita quanti ſit æſtimanda.*
Longæuitas proemium uirtutis, uitæ breuitas pœna flagitiorum. ibid.
5 *Homicidia iura omnia deteſtantur.*
6 *Animus ſolùm de iure in homicidio puniendus, ſed ſecus de conſuetudine.*
7 *Homicidium pœna mortis punitur.*
8 *Et tam in plebeio, quàm in nobili.*
9 *Homicidium permittitur pro uita tuenda, & periculo uitæ arcendo, etiam contra Epiſcopum, & Cardinalem.*
10 *Et contra Pontificem & Imperatorem.*
11 *Contra patrem.*
12 *Contra Abbatem.*

LITERÆ APOSTOLICÆ DIVERSORVM SVMMORVM PONTIFICVM.

In materiam executionis ſententiarum contra bannitos captos.

De quibus ſupra fit mentio.

Bulla generalis Pij Papæ V. contra homicidas, bannitos, & alios facinoroſos.

In qua continentur omnes aliæ literæ Apoſtolicæ contra eoſdem editæ à prædeceſſoribus à Pio II. vſq; ad Pium IIII.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

EX ſupernę diſpoſitionis arbitrio gregis Dominici curæ præſidentes inter varias animi ſolicitudines, quæ ex paſtoralis officij miniſterio nobis incumbunt illam à nobis potiſſimè amplectendam eſſe putamus, per quàm inter ſingulos gregis eiuſdem fideles præſertim uerò nobis & Romanæ Eccleſiæ ſubditos, pax, & concordia conſouentur, ſeditiones ſedantur, ſcādalis obuiatur, et animarū ſalus procuratur. Vnde ea quæ ſedula meditatione hactenus à diuerſis Roman. Pont. prædeceſſoribus noſtris præmiſſorum ratione geſta fuiſſe ac ordinata comperimus, quò ſępius fideles ipſi illa perſpicient innouari, eò feruentius, ac promptius ad illorum obſeruationem excitentur, confirmanda, innouanda, noſtrięq; authoritatis munimine roboranda eſſe cenſemus, aliaſq; deſuper diſponimus prout in domino conſpicimus expedire. Sanè aliàs poſtquam fœlicis recordationis